



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 6. Papa relicto Lauffenburgo Friburgum profugus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A.C. 1415.

pere diu morati sunt, quinquaginta annorum inducias cum eo a se initas causati, attamen cum Synodus excommunicationis poenam eis comminaretur, morem gesserunt, ea tamen lege, ut Imperatori cum Duce pacem iniire haud licet, quin & ipsi sub eadem comprehendenterentur, ac præterea armis parta, perpetuo jure retinere possent. Vi hujus pacti totam Argoiæ regionem bello præsenti acquisitam in hanc usque diem sibi vendicant. Austriæ Dux, cum Helvetios, in quorum amicitia non minimam opis fiduciam habebat, defecisse cognosceret, se quoque ditionibus suis potissimum partem exutum, atque insuper potentissimo hoste pressum, necnon ab amicis suis derelictum cerneret, in maximas conjectabatur angustias; quippe Cæsar's potentiæ obsistendo impar erat, eum vero adire, pacemque petere, periculis plenum videbatur.

§. VI.

Papa relicto Lauffenburgo Friburgum profugus.

*Vander Hardt tom. 4
p. 106. & 107*

Adversis hisce Austriaci fatis Papa non parum conterritus, sibique ipsi metuens, relicto Lauffenburgo Friburgum Brisgoiæ urbem concessit. Cum ergo ibidem magis quam alibi securum fese crederet, etiam longe

longe fortiores ostentavit animi spiritus. **Sæcul. XV.**
Hinc Friburgi ad Synodum dedit epi- **A. C. 1415.**
stolam, in qua Pontificatus sui cessionem
huic conditioni subjecit, si Imperator ta-
les publicæ fidei literas, quales ipse pe-
teret, sibi concessurus esset; postulabat
autem, ut ei Concilium post cessionem
impertiretur plenam, atque eandem
securitatem ac libertatem, qua antea
gavisus fuisset, item, ut sibi in ditionibus
Ducis Austriæ, adversus quem bellum
ponendum foret, sine metu morari lice-
ret, necnon facta Papatus abdicatione
ei dignitas Cardinalis Legati perpetui
universæ Ecclesiæ deferretur, aut ad dies
vitæ tractum Bononiensem, & Avenio-
nensem Comitatum consequeretur, præ-
ter annuam pensionem triginta millium
aureorum; Venetiis, Florentia, atque
Janua in securitatem debiti oppignoratis.
Denique, ut nullius, quiscunque demum
foret, imperio subjiceretur, atque immu-
nis esset a reddenda ratione omnium ha-
ctenus a se gestorum, aut imposterum ge-
rendorum.

§. VII.

*Congregationes ad prosequenda Sy-
nodi negotia.*

Interea vix non singulis diebus Nationes
conventus suos agebant. In Congre-
A 4 gatio-